

DE GRAMMATICA GRAECAE ET LATINAЕ PARTIBUS QUIBUS-DAM DISPUTATIO.

Prima pars.

Tirones in litteris graecis ratione, qua formationem temporum verborum graecorum discere solent, ad peccandum in usu formarum aoristi induci. Formae quaedam aoristi ad id comprobandum afferuntur.

Qui initia litterarum graecarum discunt quum, ad tempora verborum graecorum formandi disciplinam progressi, in hanc consuetudinem ab eis, a quibus discunt, adduci soleant, ut non in ‘τύπτω’ verbi solum, sed etiam in reliquorum verborum, quae vocantur barytona, temporibus formandis utrumque et activi et medii et passivi aoristum fingant, quumque iidem et Grammaticorum et docentium e praceptis ad medii et passivi aoristum secundum singendum semper activi aoristi secundi formam adhibeant: fieri non potest, quin cum aoristis, ab optimis orationis solutae scriptoribus graecis usurpati, simul memoriae suae, ea qua sunt aetate omnium quae percipiunt tenacissimae, aoristos infigant, eis quos dixi scriptoribus partim inusitatos, partim ab eis multo rarius, quam a poetis, usurpatos, alias usurpatos a solis poetis, deterioris alias graecitatis, alias etiam, quibus qui usus sit, scriptorum Graecorum reperiatur nemo. Quam ob rem ex ea discendi ratione recte dicas discentes plus detrimenti, quam utilitatis capere necesse esse. Nam qui natura ad peiora quaeque, quam ad meliora arripienda atque sequenda prioniores sint, ubi, libris idoneorum graecitatis auctorum nondum lectis, e copiis monstrata sibi via paratis sunt deprompturi, nonne periculum est, ne non probatae, quam probatae pecuniae loculos adeant saepius? Quod quominus suis discipulis accidat, nemo, opinor, est litterarum graecarum magister, quin prohibere ex animo cupiat, praesertim cum reputaverit, aoristum tam crebro a scriptoribus Graecis usurpari, nullum tempus ut com-

parari hoc in genere cum illo possit. Atqui non temere, qui docent, eo pervenient, ut tuto ab illo periculo discentes praestent; nisi, missa usitata illa docendi ratione, sequantur hanc. Hortatores atque duces sint discipulis suis ad solas noristi formas fingendas, a praestantissimis orationis solutae scriptoribus Atticis usurpatas, nulla ad eum rem forma exhibita inusitata. An usitatas noristi formas ex inusitatibus, exempli causa, εβλάψεις ex εβλαψόσ, vel λοράπεις ex λοράκον nasci necesse est, illud ε βλαψ syllaba, hoc ε σταλ formari non potest? Reliquas autem noristi formas, non ab illis quidem, quos dixi, scriptoribus usurpatas, sed tamen non prorsus inusitatas, has thronos non formationis via, sed, postquam accuratam certamque optimarum eius temporis formarum cognitionem fuerint consecuti, scriptoribus legendis discant. Sed haec disputatio fortasse nonnemini ad id quod velim efficiendum non satis valere videatur. Itaque, quo plus firmamenti ei needat, eas, quas me eo consilio formas noristi in medium prolatarum supra pollicitus sum, proponam. Quae formae quam similes sint instilibus herbis e male culto solo natis quaque semel natas vix ac ne vix quidem evelias atque deleas penitus: fortasse plus, quam quae adhuc a me sunt disputata, valebunt sicut ad perversitatem docendi rationis, unde originem dicunt, probandum, ita ad ratio-

nem illius loco a me propositam commendandam. Si minus, dignas tamen eos habeo, quae cognoscantur si non ab omnibus, at a quibusdam tribus illius discipline amatissibus. Etenim, quem multi eorum, qui hodie linguam graecam et latinam docent, non in veterum utrunque linguae scriptorum studio tabernaculum vitae posuerint: fieri potest, horum in numero ut sint, qui otio deficiente, neque scriptorum Graecorum, neque Grammaticorum libris legendis id studii tribuerint, sine quo non temere quisquam discrimen inter prohondas norjeti formas atque refugiendas noscat. Horum igitur potissimum causa ego eas, quas dixi, noristi formas offerendas putavi, sperans, foro, ut me neque inutili sibi neque ingratam operum navasse existimarent. Sic enim velim sibi persuadeant, me id laboris nullo alio suscepisse consilio, nisi ut, si possem, iuvarem eos, ut laudem diligentiae, institutioni discipulorum suorum impensae, amplificarent. Eo igitur animo eis formas noristi et vitandas et pro eis in usum vocandas eorum saltem verborum, quae ad formationem temporum verborum graecorum docendam cum ab aliis literarum graecarum magistris, tum ab ipsis adhiberi in primis coque tironibus precepimus in usa formarum eius temporis peccandi materialem aliquę occasionem praebere expertus scirem, in hac quasi tabula descriptis exhibui.

Sectio I.			Sectio II.			Sectio III.			Sectio IV.		
Formae noristi a consuetudine sermonis graeci abhorrentes			Formae noristi a poetis magis minus crebro, ab optimis solutae orationis scriptoribus Atticis raro usurpatae.			Formae noristi a solis poetis usurpatae.			Formae noristi deterioris graccitatis, partim Atticis solut. orationis scriptoribus optimis inusitatae.		
acti.	modi.	passivi.									
Εγέλλος (ελλαζ) Εγέλλην * 1)	Εγέλλημεν ① Εγέλλημεν Εγέλλημεν Εγέλλημεν	v. Sect. IV. Neuter nor. neque λεγόμενος neque λεγόμενος refugendus, sed prior uisitator. v. Sect. IV.							Εγέλλημεν d. g. Εγέλλημεν *		
Εργίζος (εργάζεται) Εργάζεται *											
Εργάζομαι (εργάζομαι) Εργάζομαι *											
v. Sect. III (εργάζομαι) Εργάζομαι *	Εργάζομαι v. Sect. II. Εργάζομαι Εργάζομαι	v. Sect. II et III. v. Sect. II et IV.		Εργάζομαι Εργάζομαι ① Εργάζεται * Εργάζομαι ② λεγόμενος *					Εργάζομαι d. g. Εργάζομαι *		
Επεργάζομαι (εργάζομαι) Επεργάζομαι *									Εργάζομαι Εργάζομαι *		
Annotations.	Annotations.			Annotations.					Annotations.		
1) Noristi, quibus anteriorum appinx. apud optimos orat. solut. scriptores Atticis leguntur.	1) Monetuli sunt tirones, ne imperficia, quam sunt Εγέλλημεν, Εγέλλημεν, τον, qui ex his formantur, modos prae nor. Il formis habent.			1) Ex Atticis orat. solut. scriptoribus optimis solas Plato utiliter forma λεγόμενη. 2) Plato solas ex Atticis orat. solutae scriptoribus optimis utiliter forma λεγόμενη.							



Sectio II.	Sectio III.	Sectio IV.
Formae sociisti a poetis magis rarius crebro, a solitac orat, scriptoribus Atticis optimis raro usurpatae.	Formae sociisti a solis poetis usurpatae.	Formae sociisti, deterioris graciatiss, partim Atticis solitac scriptoribus op- non usurpatae.
<i>τικέρης τιλάνης *</i>	<i>τικερίδης Σοφ.</i> Al. 246.	<i>τικερίδης d. g. τικερίδης *</i> <i>απεκτικερίδης d. g.</i> <i>τικερίδης d. g. τικερίδης</i>
<i>τικαρτικάση *</i> <i>τικητά λέματα *</i> <i>τικητή διαισθήτης * τικέρης *</i>	<i>τικαρτικάση *</i> <i>τικητά λέματα *</i> <i>τικητή διαισθήτης * τικέρης *</i>	<i>τικέρης d. g. τικέρης *</i> <i>τικέρης Herod. τικέρης</i>
<i>τικλίζεται Hom.</i>		
<i>τικλιζίσεται Aeschyl.</i>		
<i>τικλιζήτης τικλιζόση *</i> <i>τικλιζήτης τικλιζόση *</i>		<i>τικαρτικής d. g. τικαρτικής</i>
<i>τιγγικάση *</i> <i>τιγγική διαισθήτης *</i> <i>τιγγικής διαισθήτης *</i> <i>τιγγικής διαισθήτης *</i> <i>τιγγικής διαισθήτης *</i>	<i>τιγγικάση *</i> <i>τιγγική d. g. τιγγική *</i> <i>τιγγική διαισθήτης *</i> <i>τιγγικής διαισθήτης *</i> <i>τιγγικής διαισθήτης *</i>	



Actiū.	Mediū.	Passiū.
διακετάστη ¹⁾ διακε- τάσθη * magis us. quam διακετος *	διακετάσθη ¹⁾ διακετίσθη ¹⁾	διακετάσθη διακετος *
ἴρω ¹⁾ (ἴρει) ίρω *	ίρωμεν ¹⁾ ιρώμεν *	ίρω ¹⁾ ιρώη *
ἴστεμεν (απλίγο) ίστεμεν *	ίστεμεν ¹⁾ ίστεμεν *	v. Sect. IV.
ἴστελος (απλίδο) ίστελος *	ίστελομεν ¹⁾ ίστελομεν *	v. Sect. IV.
ἴστημεν (απλίνο) ίστημεν *	ίστημεν ¹⁾ ίστημεν *	v. Sect. III et IV.
ἴστημεν (απλίνο) ίστημεν *	ίστημεν ¹⁾ ίστημεν *	v. Sect. III et IV.
Annotations.		
1) Quam διακετος nullus magis utilitatem sit, quam recte, magistri tenentes priores forma uti assuefecerint.		

Altera pars.

Historiarum scriptores Graecorum cur ἡρα coniunctionem temporalem non cum plus quamperfecto, sed cum aoristo coniungant^{1).}

Periclitabor, si causas explicare possim, quibus de causis historiarum scriptores Graecorum "eis" coniunctionem temporalem non cum plusquamperfecto, sed plerumque cum aoristo conjugant. Quam enim eius rei causam assert vir doctissimus Buttman-

I) Proba vero, non orationem sedum, sed interdum etiam imperfectum cum coniunctione temporali 'fieri', neque solum cum hoc, sed etiam cum aliis coniunctionibus temporibus, obi gressari plusquamperfectum expectant, coniungi. Quod si ex eis orationis formula unam tantum illustrandam mihi sungeri: fieri id, non quod reliqua non ante dignas explicatio potaret, sed ritebatur eam, cuius causa hanc dispositio mihi suscepta est, mallo, quam reliqua, frequentioris una esse, neque sine explicationem ad ceteras non pertinere. Accedebat, quod non tantum mihi uti concessum erat, ut persenseretur omnes.

Sectio II.	Sectio III.	Sectio IV.
Formae aoristi a poëtis magis minus crebro, ab optimis solutae orationis scriptoribus Atticis raro usurpatæ.	Formae aoristi a solis poëtis usurpatæ.	Formae aoristi deterioris graccitatis, parvum Atticis orat. solutae scriptoribus optimis non usitatae.

nus, quem dicas, plusquamperfectum, apud quos scriptores non nisi raro reperitur, ab eis saepenumero vitatum esse propterea, quod pronunciationem nunc syllborum multitudine impeditiorem habuisse: ea quidem causa dubito, an tam firmam certaque sit, ut contra disputando infirmari non possit. Nam ut taceam, fieri posse, ut multa plusquamperfecta tempore interierint: exstant, quae ei viri doctissimi sententiae adversentur, non sane nobis quidem adiuvandum facilia pronunciata non solum aliquot perfecta, qualia sunt, quae in grammatica sua affert Krügerus¹⁾, haec: αναστάτως, διδορδωσεις, κακολαξεις, πονηκειδης, συγκατηψης, sed etiam plusquamperfecta, qualia haec sunt, quae apud Xenophonem leguntur: πριλεπέσιος, διανοιοτο, et haec: προβεβοθεισι, ιτισιοτο, προγεγραφτο, παρακεισοτο, επεκλιρυτο, ιππαιδιοτο, ιππολιμοτο, quibus plusquamperfectis elegantissimus historiarum scriptor usus est Thucydides²⁾. Ut appareat, magnam cautionem esse, ne, si quam nobis voces quaedam graecae difficultatem pronunciationis habeant, eandem Graeci habuisse opinemur. Sed,

七言律·咏牡丹

2; 1, 50; 5, 56; 1, 62; 1, 66; 1, 46; 1, 29; 1, 50; 1, 57.

ut idonea sit causa, quam attulit vir doctissimus, tamen, cum historici — nam ad hos potissimum refertur haec disputatio — cum igitur historici talia, qualia supra attuli, plusquamperfecta non refugiant, iidemque aliis locis utantur aoristo eorum verborum, quorum plusquamperfectum satis facile ad pronunciandum fuerat: statuere cogimur, praeter causam a Buttmanno allatam aliam, aut, ut rectius dicam, alias esse, quibus adducti scriptores illi cum in aliis, tum in eo, de quo agitur, orationis genere, non plusquamperfecto, sed plerumque aoristo usi sint. Atque tres esse eas causas existimo, quarum unam a discrimine, quod inter vim atque naturam aoristi atque plusquamperfecti intercedat, aliam a scribendi genere historicis proprio, tertiam a significatione coniunctionis temporalis ‘ἐπει’ petendam esse. Dicetur de singulis ordine. Et plusquamperfecti quidem vis ac natura haec est, ut rei cuiusdam, praeterito tempore recens peractae statum indicet. E quo statu et illud quidem ipsum, quod factum, non tamen simul, quando sit factum, cognoscitur. Quod tempus tamen ut ipsum quoque definitur, in statu perfectae rei alia res postea, sed certo tempore acta collocatur. Eaque relatione non tempus solum rei prius peractae definitur, sed etiam hoc efficitur, ut huius rei effectus ad alteram pertineat. Itaque, quam rem actam esse e statu illo intelligimus, ea quum hunc post se statum habeat, non potest ad aliam rem postea gestam tam prope accedere, ut nullo temporis spatio interiecto ab hac excipiatur. Longe alia vis atque natura aoristi est. Is enim nihil nisi rem aliquam aliquo praeterito temporis momento actam esse, non simul eius rei perfectae statum exprimit. Quare, quae aoristo facta indicantur, ea ad alias res postea actas accedere proxime possunt, at eorum neque tempus ea quidem ratione, qua, quae plusquamperfecto facta significantur, definiri, neque effectus ad aliam rem postea gestam pertinere potest. Sed fortasse haec explicatio non nemini latior, quam planior esse videatur. Itaque lucem ei afferamus exemplorum. Lucianus in quinto decimo dialogorum marinorum Zephyrum Noto narrantem facit haec: Η μὲν Εὐρώπη κατεληλύθει ἐπὶ τὴν ήσόνα παιζονσα, τὰς ήλικιστιδας παραλαβοῦσα· ὁ Ζεὺς δὲ ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν, συνέπαιζεν αὐταῖς, κ. τ. λ. Quo loco ‘κατεληλύθει’ cum valeat ‘κατεληλυθεῖα ἐν’, quumque in eo statu (*ἐν* φ. κατεληλυθεῖα *ἡν*) ‘συνέπαιζεν’ collocatum sit, non hoc solum intelligimus, quando Europa recens ab itinere in litus factō fuerit, indeque, quod ipsum quidem expressum non est, quando illud iter fecerit, sed hoc etiam, illam Iove adventante in littore esse versatam. Neque enim, si quis aliquando aliquo venit (*ἥλθε*), necese est, eum postea ab alio aliquo sui visendi causa eodem profecto esse inventum. Quae cum ita sint, Lucianus, si Zephyrum dicentem fecisset: ‘ὁ Ζεὺς δὲ κατηλθεί’, voci ‘συνέπαιζεν’ nullam sen-

tentiam subiecisset, quum, utrum frustra se in taurum mutasset Iuppiter, nec ne, in incerto relinqueret. Item apud Xenophontem in quarto libro Anabasis, ubi leguntur haec: *καὶ τοῦτον τε (τὸν λόφον) παρεληλύθεσαν οἱ Ἑλληνες, καὶ ἔτερον δρῶσιν ἐμπροσθεν λόφον κατεχόμενον ἐπὶ τοῦτον αὐθίς ἐδόκει πορεύεσθαι*, plusquamperfectum ‘παρεληλύθεσαν’ significat, Graecos priorem collem praetergressos non necesse habuisse eum rursus praeterire, ut alterius praetereundi consilium capere possent, quod tamen, si legeretur ‘παρηλθον’ in incerto esset. Nam, si quis aliquo profecturus, ut, quo vult, perveniat, duos colles praeterire necesse habet, fieri potest, ut priorem praetergressus eo, unde venit, redeat. Huic igitur prior collis tertio praetereundus erit, priusquam alterius praetergrediendi consilium capere possit. Ex his intelligitur, historiarum scriptores plusquamperfecto uti non posse, cum res gestae ipsae continuo sunt enarrandae, quod Francogalli dicunt: ‘quand l'action marche,’ sed, ubi rerum gestarum conditionem verbis descripturi narrationis cursum paullulum morantur, sive narrationem paululum insistunt, quod Francogalli dicunt: ‘quand l'action s'arrête.’ Contra ea aoristus non statum rerum peractarum, sed quae praeterito tempore sint facta, ea ipsa eaque, tamquam momento temporis perfecta sint quasique puncti instar teneant, exprimit. Quare cum facta aoristo expressa ad alias res postea gestas tam prope accedere possint, ut ab his nullo temporis spatio intericto excipientur: sequitur, ubi continuata rerum gestarum expositio exspectatur, ibi non plusquamperfectum, sed aoristum usurpandum esse. Iam historicis nonne hoc potissimum negotii datum est, ut lectorum, continuatam rerum, quibus historia, quam narrant, composita est, expositionem exspectantium curiositatem expleant? Quod si ad eos quodammodo referenda sunt, quae apud Livium (41, 15) leguntur: ‘interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire’: non mirum est, plusquamperfectum apud eos non nisi raro reperiri. In eo vero orationis genere, cuius potissimum causa haec disputatio suscepta est, ut id tempus nunquam reperiatur, id efficit coniunctio ‘ἐπει’, aoristo ad partes ibi suas sustinendas adiutrix data. Quemadmodum enim praepositio ‘ἐπι’, veluti in his: ‘ἡμέρα ἐπὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ’, rerum, ita coniunctio temporalis ‘ἐπει’, ex ‘ἐπι’ nata, cogitationum continuationem notat¹⁾). In eo igitur orationis genere, de

1) Retinet coniunctio temporalis ‘ἐπει’ hanc suam significationem, etiam si cum imperfecto, veluti in his Xenophontis (anab. 1, 1): ‘Ἐπει δὲ ἡσθένει Δαρεῖος καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἔβούλετο οἵ τῷ παιδεῖ παρεῖναι’, coniungitur, quamquam imperfecti alia, atque aoristi, vis ac natura est. Hoc enim ibi dicit Xenophon: Darium infirma se valetudine esse sentientem atque mortem sibi instare suspicantem voluntatem filios secum habendi suscepisse, simulatque ea virium suarum defectione atque mortis appropinquatione angi coepisset.

quo disputatum est, cum, quae aoristo facta dicuntur, quando facta sint, e tempore rerum postea gestarum definitur: sequitur, aoristum non semper se dignum nomine suo praestare, quod ego supra significavi, quum dicerem, quae aoristo facta indicentur, ea, quando facta sint, non ea quidem ratione, qua, quae plusquamperfecto facta dicantur, definiri posse. Sed iam ad aliam rem, etiam minus dignam nomine, progrediamur.

Tertia pars.

De ratione ablativi, qui dicitur 'absolutus'.

De ratione ablativi, 'absolutus' qui dicitur, quum disputaturus essem, a viro quodam in primis docto, quocum id consilii communicassem, certior sum factus, a Wannowskio ea de re docte atque copiose esse disputatum ¹⁾. Viderem igitur, ne acta agerem. Sed mihi illam viri doctissimi disputationem cognoscendi quamvis cupido copia adhuc facta non est. Quare, etsi verendum mihi est, ne, propositum illud peragens incurram in id periculum, tamen consilium semel captum non mutabo, dummodo efficiam, ut, si qui sint, quibus idem, quod mihi, acciderit, ut Wannowskii illam disputationem non legerint, ei hac mea lecta intelligent, 'absolutum', id est solutum legibus orationis latinae ablativum in lingua latina esse nullum. Et quoniam, ut in proverbio est, exemplis trahimur, id quod volo, optime me assecuturum puto, si exemplis quibusdam ablativi, qui dicitur 'absolutus', propositis, doceam, quae in eis substantiva et participia in ablativo casu sint, ea propterea in eo casu posita esse, quod plerisque, cur, aliis, quando ea, ad quae referrentur, accidissent, indicandum esset. Nam ablativum et causae, e qua aliquid nascatur, vel natum sit, significationem, eamque primam, et praeterea alias quasdam, in quibus temporis, quo aliquid accidat, vel acciderit, habere constat. Itaque priore loco exempla ablativi causae, posteriore temporis in medium proferam ²⁾. Et causae ablativum exhibent, quae apud Senecam (prov. 1. 5) leguntur haec: 'Inter bonos viros et deum amicitia est, conciliante virtute'. Hoc est: Inter bonos viros et deum amicitia est, quod virtutis opinione, amicitiae conciliatrice, iunguntur. Itemque

1) A. Wannowski de initiis theoriae casus, qui dicitur absolutus, Rastenburg fasc. I. II. III. 1825, 1826, 1827.

2) Ea exempla maximam partem e Grammatica Meiringii, viri doctissimi, deprompsi.

quae apud eundem (q. n. 7. 2) leguntur haec: ‘Quaeritur, utrum mundus, terra stante, circumeat, an, mundo stante, terra vertatur.’ Id est: Quaeritur, utrum terra stet, ut propterea mundum circumire, an mundus stet, ut propterea terram verti necesse sit. Item eiusdem (tranq. 6) haec: ‘Reluctante natura irritus labor est.’ Id est: Natura si quando reluctatur, eius repugnantia efficitur, ut labor ad irritum cadat. Item quae Livius (1. 1) Latinum regem, percunctatum, quo casu Troiani domo profecti essent, audisse dicit: ‘Cremata patria’ (eos) ‘domo profugos sedem condendaeque urbis locum quaerere’, in eis ‘cremata patria’ causam domo profectionis Troianorum continent. Nam quae ibi narrat Livius, ea aliis verbis sic eloqui poterat: Troianos incendio patriae profugos sedem condendaeque urbis locum quaerere. Aliud exemplum ablativi causae eiusdem scriptoris (IV. 9) haec suppeditant: ‘Sole orto, Volsci firmiore se munimento ab Romanis circumvallatos, quam a se urbem, viderunt.’ Hoc est: Solis ortu factum est, ut Volsci firmiore se munimento ab Romanis circumvallatos, quam a se urbem viderent. Aliud continent Ciceronis (n. d. 1. 2) haec: ‘Pietate adversus deos sublata, fides etiam et societas generis humani tollitur.’ Hoc est: Pietas adversus deos si quando sublata fuerit, eius sublatione efficietur, ut fides etiam et societas generis humani tollatur. Tantum de causae ablativo; iam exempla quaedam proponam temporis. Cuius generis exemplum exhibent, quae apud Ciceronem (Tusc. 1. 16) leguntur haec: ‘Pythagoras Tarquinio Superbo regnante’ (rege) ‘in Italiam venit.’ Id est: Pythagoras eo tempore, quo Tarquinius Superbus regnabat, in Italiam venit. Aliud exemplum continent Livii (4. 4) haec: ‘Regibus exactis consules creati sunt.’ Hoc est: Tempore reges exactos inseculo consules creati sunt. Aliud Ciceronis (Phil. 11. 10) haec: ‘Nemo erit, qui credit, te invito tibi provinciam esse decretam.’ Hoc est: Nemo erit, qui credit, tibi provinciam tempore, quum tu eam tibi decerni nolles¹⁾, decretam esse. Ex his, opinor, intelligitur, ablativum, de quo agitur, certis orationis latinae legibus postulari. Quod si ita est, ‘absolutum’ eum nunquam neque putari neque appellari oportebat.

1) Meiring. Gr. §. 696.

Quarta pars.

Ablativis id genus, quorum exempla in antecedentibus proposui, cur, et num recte impositum sit nomen ‘consequentialae’?

Postquam ablativos, quorum exempla in disputatione antecedenti allata sunt, perperam ‘absolutos’ appellari demonstravi, restat, ut, unde, et, num recte ‘consequentialae’ nomen eis inditum sit, explicandum videatur. Cuius appellationis et auctor et explicator est Priscianus. Is rationem ablativorum, de quibus disputatur, explicaturus (v. 80—82) haec exempla, quae ipse finxit, afferit: ‘sole ascende dies fit’, deinde: ‘Traiano bellante victi sunt Parthi.’ Quibus propositis ‘hac autem’ inquit, ‘utimur constructione, quando consequentiam aliquam rerum, quae verbo demonstrantur, ad eas res, quae participio significantur, ostendere volumus. Quid est enim “Traiano bellante victi sunt Parthi” nisi quod secuta est victoria Traianum bellantem? et “sole ascende factus est dies” nisi quod ascensionem solis secutus est dies’. Ex hac explicatione apparet, Priscianum alteram eamque potiorem rationem eius, de quo agitur, ablativi, non item alteram perspexisse. Significat enim non obscure, si recte sentio, se velle, ut intelligatur, in priore exemplo illis: ‘Traiano bellante’, causam victoriae a Parthis reportatae, in posteriore illis ‘sole ascende’, causam diei orientis contineri. Id ita esse, colligi ex ea quoque ratione potest, qua (XVIII. 14—16) utitur ad ablativos ‘rege Latino’ explicandos in his e libro septimo Virgilii:

non vobis, rege Latino,

Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.

Quum enim dicat: ‘id est’, ‘dum rex sum Latinus’ ‘vel’, ‘donec Latinus regnat’, ostendit, se intelligere, illis ‘rege Latino’ significari, Latini regnum Troianis agrorum ubertatis atque opulentiae causam fore.

Inde apparet non solum, unde ‘consequentialae’ nomen id genus ablativi, de quibus disputatum est, traxerint, sed etiam, eos non sine idonea ratione eo nomine signari.